

2200. SAEPE RECENTIORES NODUM IN SCIRPO QUAERUNT

Vorläufige Datierung: 1690 bis 1696

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LH IV, 6, 12f, Bl. 24. 1 Zettel (13 x 13 cm). 1 S. Auf der Rückseite nicht zum Stück gehörende mathematische Formeln.
*E*¹ COUTURAT, *Opuscules et fragments*, 1903, S. 187 f.
*E*² VE, N. 263.

bearbeitet von Gerhard Biller u. Ursula Franke

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Rest-Wasserzeichen belegt März 1690 bis September 1696.

- 10 [Thematische Stichworte:] *qualitates et facultates in medicina et philosophia, vis caloris in nobis sensionem calefiendi excitandi, relatio inter causam et effectum, explicatio qualitatum et facultatum debeat esse mechanica in natura.*

[Einleitung:] —

- 15 Saepe recentiores nodum in scirpo quaerunt, ac de vocabulis litigant, cum negant calorem esse in igne non magis quam dolorem in acu; cum negant aquam attrahi in antliis, aut sanguinem in ventosis cum qualitates et facultates explodunt in Medicina et philosophia. Mihi placet retinere locutiones receptas, recteque interpretari. Attrahitur aqua ab embolo, id est sequitur prae euntem, etsi embolus causa non sit immediata, sed aëris gravitas. Similiter quis
 20 neget calorem esse in igne, id est vim eam in nobis sensionem excitandi, qua nos calefieri dicimus. Calorem concipimus ut qualitatem activam ignis, dolorem ut qualitatem passivam nostram; itaque stante sensu recepto vocabulorum, tam ineptum est calorem igni urenti negare, quam dolorem aciculae pungenti ascribere. Quod autem causantur, negare a se igni facultatem ei similem, quod in nobis reperimus, nihil ad rem facit, neque enim qui igni calorem tribuit,
 25 ideo somniat facultatem activam ignis esse similem qualitati passivae animalis; etsi esse quendam inter ambo consensum adeoque et exprimi unum ab altero tanquam causam ab

17 cum ... philosophia *erg. L* 18 embolo, (1) etsi (2) id *L* 19 etsi (1) causa attractionis (2) embolus *L* 19 sed (1) circumpulsio (2) aëris *L* 21 Calorem (1) confi (2) concipimus *L* 21 ut (1) facultatem ignis a (2) qualitatem *L* 22 urenti *erg. L* 24f. facit, (1) quo (2) quis enim philosophus somniavit (a) qualita (b) facultatem urendi in igne similem esse facultati percipi actionem ignis (3) , neque ... somniat *L*

effectu, negari non possit. Est enim in his relatio quaedam et responsus singulorum ad singula, qui tamen non semper in similitudine consistit. Denique qualitates et facultates in rebus esse verissimum est, quemadmodum in horologio est facultas horodictica; etsi explicatio qualitatum vel facultatum distincta, debeat esse mechanica in natura aequae ac in horologio.¹

Quidam cujus auxilium desiderabam, mihi consilium dabat, erat autem ejusmodi, ut cuivis in mentem venire deberet; rescripsi igitur: esse quaedam consilia quae non habeant opus datore.

¹ *Am Rande*: Quae Bontekoe in *Chirurgicis* contra receptas sententias disputat magnam partem inania, et ad summum verbalia sunt.

1 enim (1) relatio in omni expressione, etsi (2) in his relatio L 2–4 Denique ... horologio erg. L
5 ejusmodi (1) ut per se in m (2) ut L 6 igitur: (1) tale consilium (2) esse L

8 *Chirurgicis*: C. BONTEKOE, *Nieuw gebou van de chirurgie of heel-konst*, Den Haag 1680; deutsche Übers. v. J. P. Albrecht. Hannover u. Hildesheim 1687; vgl. VI, 4 N. 349.